HAIMO ALTISSIODORENSIS
3. Viertel 12. Jh. Seite 57r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

idcoq; ut ceteri eos imitarentur hortatur. Ac si eis dice
ret. Dum quos libet ex uobis flagellari conspicitis
eorum patientiam imitamini. sustinentes patienter
flagella in presenti. ut postea ex consortium merca
mini. Et age penitentiam. propter hoc quod dixisti. diues
sum. et nulli egeo. Ecce sto ad ostium et pulso. Cum
dns omnipotens ubiq; sit per presentiam suae diuinitatis. et celum
ac terram implet. quod hoc loco ostium debemus intelligere
nisi intelligentiam cordis. Stat quoque dns ad ostium
et pulsat. quando cor hominis. siue per internam inspi
rationem. siue per predicatorum doctrinam illuminat. Pul
santem autem illum audit. quisquis illius monita operi
custodit. Si quis quoque inquit audierit uocem meam. uel
ipsa diuina eloquia legendo. uel ab aliis exponen
do. et aperuerit michi ianuam cordis sui. ut ea quae
intelligit. et operi perficiat. intrabo ad illum. idest illu
minabo. secreta cordis sui. et cenabo cum illo. et
ipse meum. Ac hoc in euangelio loquitur dicens.
Si quis diligit me sermonem meum seruabit. et pater
meus diligit eum. et ad eum ueniemus. et mansionem
apud eum faciemus. Si autem quaerimus quid sit cibus
xpi. quo eum reficiamus. ipse utiq; manifestat qui
dicit. Meus cibus est. ut faciam uoluntatem patris ma
Vnde legimus in euangelio. quia appropinquante passi
oni. dixit discipulis suis. Venit enim princeps
mundi huius. et in me non habet quicquam. Et quasi
diceret aliquis. cur quoque morieris. statim sub
iunxit. sed ut cognoscat mundus quia dilig
go patrem. et sicut mandatum de dit michi